Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



75

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis. & cooperuit nos umbra mortis.

Si obliti sumus nomen dei nostri. & si expandimus manus nras ad dm alienum.

Nonne ds requiret ista. ipse enim nouit abscondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota die. estimati sumus sicut oues occisionis.

Exsurge quare dormis dne. exsurge. & ne repellas in finem.

Quare faciem tuam auertis. obliuisceris inopie nostre & tribulationis nostrae.

Quoniam humiliata est in puluere anima nra. conglutinatus est in terra uen

dicuntur. qui alli ducunt ad mortem. haec uia ducit ad sospitatem.

Si obliti sumus. id est xpi. si expandimus manus ad dm alienum. id est ad idolum.

Morti uero afficiē. per longas passiones. pressemis uitę extrum pro xpo reperire, tota die non per momentaneam mortem sed p uniuersum tempus uitae extrum pro xpo quaerere, Quis enim non habet arma aut dente contendit. sed manib. latronis patienter adquiescit, sic famuli xpi sic ouis estimati sunt morti. quo sine contentione aliqua uidebantur occidi.

Auertit ds faciem a tempus ut probet electos suos, obliuisceris inopiae. hoc est cui consueuerat subuenire. quam sic malus amas. ut te inopem dicas, Tribulationem clemens semper nostram xps inspector est.

Humiliati sumus in loco afflictionis. id in corpore isto in quo uersamur et affligimur propter xpm, Umbra mortis. uitę istius transitum dicit. qui scis et peccatoribus probatur esse communis, illa mors uera est qua impii aeterna damnatione puniuntur.

Nonne cum pudore pronuntiandum est. quo gravissimum est apud dm sine uis religione peccetur, Requirere est agnoscere quae nram nouimus conscientiam non tenere. hoc indo non est qui omnia nouit, Seq ista quae superius dixerat. si obliti sumus nomen di nostri.

Non enim do conuenit exsurgere qui nunquam noscitur posse dormire, Sed humano usu dicitur dormire quando nostra expectatio diuina dispensatione elongatur. Repetitur exsurge. in quibus uidet pericula crescere. nontardat subuenire, Ne repellas in finem. id est ubi sunt premia beatorum. ubi martyribus corone preparantur.

Humiliauerunt se in pulueren quiei nere sup se sparso. animas suas discruciant obrecoy datione peccatorum, Conglutinatus est uenter interra, cui caro infirmat. sed sensus in celestib. e intentus,